

sante se ofrecía a volver a comprar las posesiones de que se le había despojado por sentencia judicial, se exponía al peligro de perder también además el ofrecido precio de la compra. Opina Garnet, que si esto continuaba así, al fin se podía estar todavía contento de poder volver a comprar cada seis meses la cama en que se dormía. Los jueces dijeron abiertamente, que el rey deseaba sangre; que para los papistas ya no quería caricias como hasta entonces, sino golpes (1). En el condado de Hereford 409 familias se vieron de una vez reducidas a la mendicidad (2). Se indicaba a los obispos, que excomulgasen a los católicos más ricos; pues éstos podían luego ser encarcelados y perdían también en el aspecto civil una multitud de derechos; ni siquiera les era posible exigir sus créditos, así como tampoco comprar o vender cosa alguna o disponer por testamento de lo que poseían (3).

La muerte preservó a Clemente VIII del dolor de tener que ver el ulterior desenvolvimiento.

(1) that the King has hitherto stroaked the papists, but now will strike. Lingard, IX, 388.

(2) Lingard, IX, 41.

(3) Ibid., 42.

APÉNDICE

Documentos inéditos y noticias de los archivos

OBSERVACIÓN PRELIMINAR

Los documentos aquí reunidos se ordenan a confirmar y completar el texto de mi libro; pues no fué mi intento el ofrecer propiamente una colección de documentos. El lugar donde se halla cada uno de los que siguen, se ha indicado en cada número con la mayor precisión posible. Para no aumentar el volumen, he tenido que ser muy parco en notas aclaratorias. Por lo que al mismo texto se refiere, he conservado también ordinariamente la escritura que he hallado en los documentos y cartas, en su mayor parte originales; las variaciones hechas respecto a las letras mayúsculas y a la puntuación, no necesitan justificarse. Donde he intentado enmiendas, lo hago notar siempre; por el contrario, corrijo sin especial advertencia las pequeñas equivocaciones y evidentes errores de escritura. Las cosas que he añadido, están señaladas con paréntesis rectangulares [], y los pasajes dudosos e ininteligibles con un signo de interrogación o «sic». Los lugares que al copiar estos documentos, o al prepararlos más tarde para la imprenta, se han omitido de intento, por no ser esenciales o necesarios para mi fin, van indicados con puntos suspensivos (...).

Aprovecho la ocasión para dar las gracias también en este lugar al profesor Dr. J. Schmidlin por los pasajes entresacados en 1901-1902 de los Avisos tan ricos de noticias de la Biblioteca Vaticana. Estoy además muy obligado al profesor E. Steinmann, director de la Biblioteca Hertziana de Roma, el cual con bondad incansable puso a mi disposición los tesoros de su librería convertida por él en un indispensable medio auxiliar de investigación.

1. Lista de escrutinios del conclave de 1592 (1)

Primum scrutinium	11	Ianuarii	Santori	28	Aldobrandini	11
Secundum	12	»	»	23	»	18
Tertium	13	»	»	23	»	18
Quartum	14	»	»	24	»	9
Quintum	15	»	»	21	»	13
Sextum	16	»	»	22	»	13
Septimum	17	»	»	23	»	13
Octavum	18	»		[no anotado]		
Nonum	19	»	»	23	»	12
Decimum	20	»	»	22	»	15
Undecimum	21	»	»	23	»	17
Duodecimum	22	»	»	23	»	12

Decimum tertium scrutinium	23	Ianuarii	Santori	18	Aldobrandini	17	Madrizzo	21
» quartum	24	»	»	18	»	16	»	16
» quintum	25	»	»	19	»	19	»	14
» sextum	26	»	»	18	»	15	»	14
» septimum	27	»	»	21	»	15	»	16
» octavum	28	»	»	15	»	17	»	15
» nonum	29	»	»	17	»	16	»	15

Extracto de las listas originales en el Cód. J. 39, p. 366 s.

de la *Biblioteca Vallicelliana de Roma*.

2. Juan Niccolini a Florencia (2)

Roma, 12 de marzo de 1592.

... [Cifrado:] E tanto imprudente et pazzo Cintio che ha detto in camera di Montalto dolendosi di esser tenuto indietro dal Papa, che non guardando vi fusse venti persone, disse che S. S^{ta} era il maggior tristo et ingrato che nascevi mai et il suo pontificado lo farà conoscere, et che se non fusse stato la casa sua S. S^{ta} non sarebbe niente.

Orig. *Archivo público de Florencia*, Med. 3303.

3. Aviso di Roma de 16 de septiembre de 1592 (3)

Sabato N. S. fece intendere alli dui nepoti suoi, che si dovessero confessare come fu fatto et la matina seguente S. B. li comunicò di sua mano et poi con un sermone paterno disse loro, che voleva aiutassero a portare le fatiche della Sede, assegnando al S. Cintio la secretaria di Polonia, Germania, Venetia et del resto d'Italia, et al S. Pietro di Francia, Spagna et Savoia, dichiarandoli S. B., che sebene haveva divisi li carichi, voleva che fossero ambidui uniti di officio, andando da lei a

(1) Cf. arriba, p. 39.

(2) Cf. arriba, p. 63, 64.

(3) Cf. arriba, p. 62.

trattare l'uno in defetto dell'altro secondo le occorrenze reciprocamente, et che se si deportarano bene, come sperava, in questi carichi, non mancherebbe di aiutarli, volendo in oltre che da S. S. istessa et non da altri cognoschino questo et ogni altra cosa, che da lei possono sperare. Por tanto habrá sin duda por primera vez promoción en Navidad.

El Papa hace todas las mañanas ejercicio a pie y a caballo como un joven y luego concede audiencias incansablemente.

[Adición del embajador de Urbino:] Non vi è facchino a Roma che fatichi più di lui, et io le dissi hiersera a buone lettere grosse, che questo modo di vivere è a propositissimo per dar sodisfattione alli stre-goni, che tutte l'hore stanno su queste pratiche, ma S. S. sene ride et dice che dal morire o campare non ci darebbe un fico.

Orig. Urb., 1060, II. *Bibl. Vaticana*.

4. El Papa Clemente VIII al shah de Persia (1)

Roma, 30 de septiembre de 1592.

Clemens PP. VIII.

Illustri Abasae potentissimo Persarum regi salutem et Spiritus veritatis illuminationem. Tam excelso et illustri loco sita est laus Tua, tanta gloria multis maximisque rebus gestis parta, ut quamquam nulla inter nos est notitia, tamen celeberrima de Te fama adducti, Tibi omnia cupiamus, contra vero Turcarum tyranni hominis omnium teterrimi nec magis Nostrum quam Tui et bonorum omnium hostis intolerandam superbiam depressam et protritam optemus. Ut enim virtus absentium etiam sibi voluntates conciliat, sic vitia abalienant. Quae autem non in illo sunt vitia? Summa crudelitas, summa avaritia, summa rapacitas, inexplebilis omnia per summam iniuriam occupandi cupiditas, nulla iurisiurandi religio, nulla fides. Quos ille non vexavit? Quibus nulla re laccessitus non agros, urbes, provincias ademit? Quantum vobis iniuriarum, quantum Arabibus, Graecis, Germanis, Pannonibus, Italis cladis intulit? Fraudes vero ac periuria quibus crevit, notissima sunt: his enim, non bellis legitime susceptis et iustis victoriis crevit. Inducias ac foedera etiam, si ita visum sit, cum finitimis facit, a quibus se laedi posse intelligit; ubi illos hac fraude obligavit, tum uni eorum, cui commodissimum esse intelligit, contra fidem, contra iusiurandum, nulla re laesus bellum movet: caeteri interea quiescunt, memores datae fidei et iurisiurandi, quod ille semper contemnendum putavit. Sic singulorum seorsum opibus ac spoliis auctus, reliquos validiore semper manu aggreditur, quoad universos conficiat. Eadem nunc arte vos eludere molitur, quae Tuam prudentiam haud latere arbitramur. Putavimus igitur in communi causa esse etiam communicanda consilia atque opes conferendas ad illam pestem opprimendam. Id vero existimamus posse fieri contraria atque ille

(1) Cf. arriba, p. 243.

cum caeteris agit ratione. Ille singulos adoritur; nunc illum adoriantur oportet universi, quo in negotio et tractatione hoc tempore versamur, ut iuncto foedere cum caeteris principibus Christianitatis coniunctis viribus atque armis illum adoriamur. Sed magnopere opus est, ut ipse quoque ista ex parte eum oppugnes, et quoniam dicitur adversum vos maxime valere tormentis bellicis atque ignibus e materia ad exardescendum facillima, ad ardorem retinendum tenacissima, ad res caeteras incendendas violentissima, quorum ipsi artificiorum vacui estis (nunquam enim virtute atque armis nobilitas Persica vilissimis mancipiis cederet), non patiemur vos his artificiis inferiores esse. Scitis his de rebus deque mittendis earum rerum artificibus magnopere vestro nomine cum superioribus pontificibus actum esse; in quo vobis tum satisfaciendi facultas non fuit, voluntas certe nunquam defuit. Nunc igitur, si Nobis in bellum incumbentibus, vos etiam statuatis bellum vestra ex parte instaurare et continuare, artifices conquiremus mittemusque. Certissima autem erit victoria Deo primum, a quo bona omnia existunt, illius scelera ulciscente, tum tantis undique exercitibus prodigium illud adorientibus. Nam si proxime a vobis quietus, tamen Christianorum virtute ad Echinadas superatus est, ingenti classe depressa, incensa, devicta, deleta, paucis aliquot tantae cladis nuntiis, navibus laceris ac semiustis elapsis, quid illi nunc fiet, et Christianorum principum et vestra etiam potentia atque armis circumvallato? Quis ei aut consistendi aut fugiendi locus ac spes relinquatur? Voluimus hoc Nostrum consilium Tibi aperire, atque hortari ut hac tanta opportunitate uti velis. Deus benedictus tum in hoc negotio, tum in omnibus cogitatis et coeptis Tuis ostendat, quid verum maxime sit, quid e re Tua atque regni Tui salute atque amplitudine. Has literas duplicari volumus, cumque illis alteris certum hominem ad Te mittemus; is ubi pervenerit, et illas alteras reddet et nonnulla etiam mandato Nostro exponet; cupimus ut eius verbis fidem tribuas. Dat. Tusculi die ultima septembris 1592, anno 1.

Ant. Buccapadulius.

Brevia, Arm. 44, t. 38, p. 54 s. *Archivo secreto pontificio.*

5. El Papa Clemente VIII al elector Ernesto de Colonia (1)

Roma, 21 de noviembre de 1592.

Pastoralis officii quod in ecclesia catholica... Etenim episcopalis cura perpetua quaedam visitatio esse debet. Semper ager Domini excolendus, semper noxiae, quae succrescunt, herbae evellendae et fructuosi palmites purgandi, ut Salvator noster docuit, quo fructus uberius efferrant; semper vigilandum, ne forte, nobis dormientibus, inimicus homo in medio tritici superseminet zizania. Magni sunt, frater, episcoporum labores, sed magnae propositae coronae et maxima apud Deum praemia. ...

(2) Cf. arriba, p. 323.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima novembris millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno primo.

M. Vestrius Barb^s.

Brevia, Arm. 44, t. 34, p. 24. *Archivo secreto pontificio.*

6. El Papa Clemente VIII al emperador Rodolfo II (1)

Roma, 19 de febrero de 1593.

Rodulpho Romanorum Imperatori electo. Carissime in Christo fili noster salutem etc. Quod iam pridem factum esse oportuit de Ernesto fratre Tuo rege Romanorum creando, id neque meliore tempore potest fieri neque magis necessario quam in proximo conventu. Agendum enim omnino erit de bello adversus barbarum immanissimum pro vestris proque totius Christianae reipublicae rebus suscipiendo. Ei porro bello praeficiendus necessario erit universi exercitus dux, cuius praesenti virtute ac imperio tota belli ratio gubernetur. Quis autem ea in re anteponendus Ernesto esse videatur, nemo est. Illum vero Romanorum regis gradu atque honore affici necesse erit. Sic enim postulat et rei dignitas et illius virtus et perpetuus familiae vestrae splendor atque amplitudo. Ages igitur in conventu hac de re in primis, in qua speramus non defuturae Tuae Maiestati principum studia, atque ante omnia opem a Deo, in cuius manu sunt omnium potestates atque omnium iura regnorum. Hoc quoniam Tuae Maiestati aequae ac Nobis ipsis cordi esse scimus, tantum indicare satis habemus, quam ob rem longiores non sumus. Caetera ex Nuntio Nostro cognosces. Datum ut supra [Romae apud S. Petrum etc., die 19 februarii 1593, anno 2^{do}].

[Antonius Buccapadulius.]

Brevia, Arm. 44, t. 38, p. 239. *Archivo secreto pontificio.*

7. Julio del Carretto al duque de Mantua (2)

Roma, 21 de agosto de 1593.

...Sono avvisato da *carà* (3) et specialmente *Aragona* che S. S^{ta} è travagliata grandemente per la nuova venuta questa settimana di *Francia* della conversione di *Navarra*, et il sospetto è maggiore non essendo venuto a *Roma* altro *corriero*, il che fa credere a tutta la corte che *Navarra* habbia maggior seguito et che si siano fatti sollevationi et spetialmente in *Parigi*, havendose alcune lettere da mercanti che il popolo volesse uscire fuori della città ad accettarlo per *Re. Li Spagnoli* si non stanno troppo contenti, ma trattengono S. S^{ta} in speranza che

(1) Cf. arriba, p. 282.

(2) Cf. arriba, p. 87.

(3) Lo impreso en letra cursiva está cifrado.

Guisa sarà già publicato *Re* et che *Navarra* habbia fatto questa atione astretto da necessità, non havendo altro rimedio; ma essendo stato S. S^{ta} più volte ingannato da essi in questo particolare delle cose di *Francia* non le crede, ma attenderà il successo, dicendomi di più li detti card^{li} che se si vedesse inclinazione universale del regno per *Navarra* et che egli mandasse a render ubediencia alla Sede Apostolica che facilmente l'accetterebbe essendo hora le cose in altro termine che non sono state per lo passato, ma perchè sin qui non ci è risolutione alcuna, ma il tutto dipende dalli novi avisi che si haveranno, però non m'estendo più oltre, ma di quanto seguirà ne ragguaglierò al suo tempo V. A.... (1).

Orig. Archivo Gonzaga de Mantua.

8. Julio del Carretto al duque de Mantua (2)

Roma, 28 de agosto de 1593.

...N. S. hormai è chiarito che li Spagnoli le hanno date sempre parole, et persiste nell'opinione che le scrissi con le lettere mie dell'ordinario passato *d'assolvere Navarra* (3) quando sii *accettato per Re* da quelli popoli et tra tanto si servirà del beneficio del tempo ne resta di dirle che è puoco sodisfatto di *Spagna*, si perchè tentano di volere che S. S^{ta} col imporgli *pensione* sopra li benefici di *Spagna* nel modo che si è usato sempre da tempo immemorabile in questa corte et di dividere tutte le religioni et a voler generali della nazione loro spetialmente et nella congregazione de Gesuiti che vorrebbero sovertire tutti gli ordini antichi loro, come anchora perchè gli hanno intercette tutte le lettere che ultimamente venevano di *Francia*, perchè crede veramente che intentione loro sii stata sempre di dividere, non di volere *Re in Francia*, et discorendo la settimana passata con un card^{le} diceva che non havevano nominato *Umena* dubitando che facilmente non potesse socedere, ma *Ghisa* sapendo che *Umena* non lo vuole et che perciò non potrà riuscire per dar tempo al tempo, et tra tanto dividere et dominare...

Orig. Archivo Gonzaga de Mantua.

(1) Va adjunta la siguiente *carta sin fecha de Carretto: ...La S^{ta} di N. S sta in travaglio grande perchè di *Francia* le vien scritto da suoi ministri che doppoi la suspensione d'arme seguita tra il *Re* di *Navara* et li prencipi de *Lega* s'è incominciata pratica tra loro di elleggere il detto *Re* alla corona di *Francia*, del che s'è doluto S. S^{ta} con l'ambasciatore com^{re} di *Diù* della *lega* che si tratti di tal eletione, et ancor che il detto ambasciatore procuri di dar ad intendere a S. B^{ne} che sii informata sinistramente, con tutto ciò si è insospettita grandemente, come alla presenza dell'ambasciatore *Cesareo* mi riferi Mons^r *Minutio* segretario del Pontifice, soggiogendo di più che *Navarra* publichi di voler essere catolico et ch'in breve andarà alla messa...

(2) Cf. arriba, p. 89.

(3) Lo impresso en letra cursiva está cifrado.

9. Julio del Carretto al duque de Mantua (1)

Roma, 9 de octubre de 1593.

... Quanto alla mente di N. S. circa la venuta del duca ho scoperto di novo che da Spagnoli si fanno tutti gli ufficii contrarii che si possono imaginare, ne mai passa giorno che non vi sii alcuno da S. S^{ta} per tenerlo saldo; un giorno vi va l'ambasciatore, l'altro il secretario dell'ambasciata, il 3.^o Sfondrato, il 4.^o Caetano, il 5.^o Dezza, il 6.^o Alessandrino, il 7.^o uno che è agente della *Lega* per il com^{re} di *Diou* che ora è infermo, si che non vi è giorno vacuo, protestando che se il duca viene da una parte, l'ambasciatore cattolico uscirà per l'altra, che dall'accettare il duca dipende la rovina di tutto il regno di *Francia*, et con dar speranza dall'altra parte che si mandarà per tutto il giorno vigesimo di questo mese potente esercito in *Francia* per fare un *Re* cattolico, et che *Navarra* è relapso non sarà men buon cristiano con altre ragioni simili. Ne manchano dall'altra parte chi facino ufficii contrarii. *Salviati*, *Toledo*, il S^r *Gio. Aldobrandini*, *Oratio Rucellai*, l'ambasciatore di *Toscana*, alla *gagliarda*, il card^{le} *Sforza*, *Aragona*, ma assai destramente et di raro per la sua indispositione l'ambasciatore di *Vineggia*, et dicono alcuni di quello di *Ferrara*, ma io non l'affermo per vero, et questi protestano al Pontefice che non accettando il duca di *Nivers* si levarà quel regno dall'ubediencia della Sede Apost^{ca}, che potrebbero far un concilio in *Francia* et far un patriarcha, et questa ragione preme infinitamente al Pontefice havendo l'esempio del conciliabolo *Pisano* in tempo di *Giulio* 2.^o che fu forzato poi a convocare il concilio *Lateranense*. Se le fa toccar con mano al Pontefice che al tempo destinato non possono avere li Spagnoli esercito in essere, et che l'intento loro non tende ad altro fine che a rovinare et a dividere quel regno...

Orig. Archivo Gonzaga de Mantua.

10-12. Protocolos de las sesiones de la Inquisición romana, de 15, 16, 17 y 18 de septiembre de 1593 (2)

Die 15. Sept. 1593 fer. 4 ad horam 21 fuit tractatum in congreg. S^{tae} Inquisitionis habita in domo d. card. S. Severinae, in qua interfuerunt dⁿⁱ card^{les} Dezza, Pinellus, Asculanus, Sarnanus, Sfondratus et ipse S^{tae} Severinae.

In ea fuerunt lectae litterae Henrici q. Navarrae regis, et ducis Nivernen. et praelatorum, qui assertum regem ad poenitentiam receperunt, ad S^{mm} D. N. et aliae litterae card. legati etc.; deinde facta est disceptatio de ea re. Et conclusum referendum esse, ut dicta legatio Navarri uti regis Franciae non admittatur, neque etiam uti eius orator dux Nivernen. et alii qui cum eo veniunt etc.

(1) Cf. arriba, p. 94.

(2) Cf. arriba, p. 93, 94.

Die 16. eiusd. mens. fer. 5 in congreg. S^{ti} Officii habita coram S^{mo} D. N. apud S. Marcum supradicti card^{les} generales Inquisitores Dezza, Pinellus, Asculanus, Sarnanus, Sfondratus et S^{tae} Severinae et S^{tas} Sua tractaverunt supradictum negotium.

In ea ego plenissime disserui et conclusi ex multiplicibus rationibus non posse neque debere recipi huiusmodi legationem aut ducem Nivernensem uti oratorem q. regis Navarrae uti regis Francia; quae sunt compendiose notatae in meo scripto, et ita omnes concluderunt.

Et S^{tas} Sua mandavit, ut hodie intimetur congreg. generalis S^{ti} Officii et Francia pro crastino die, quod habeatur in domo dⁿⁱ card. de Aragona, ut in ea legantur litterae supradictae et fiat consultatio et de hoc et de persona mittenda obviam duci Nivernensi, ut vel sistat aut revertatur si discessit, quae (persona) sibi placeret, ut esset religiosa vel Iesuita, et ita factum est.

Summa sententiae nostrae, quam super susceptione legationis Henrici Borbonii olim Navarrae regis et responsione ad eius et suorum asseclarum litteras, dixi in congr^e S^{tae} Rom^{ae} et universalis Inquisitionis coram S^{mo} D. N. ac ill^{ms} et r^{ms} d^{nis} card^{bus} collegis habita ad S. Marcum die XVI mens. Sept. 1593.

Et quam rursus, sed compendiosius in congr^e ill^{morum} et r^{morum} d^{norum} card^{lium} tam generalium Inquisitorum, quam super rebus Francia deputatorum habita in domo ill^{mi} dⁱ card^{lis} de Aragona die XVII eiusd. mens. Sept. dixi ac repetii.

Die 17. eiusd. mensis [Sept.] fer. 6 ad horam 20 fuit tractatum in congreg^e habita in domo dⁿⁱ card^{lis} de Aragona, in qua interfuerunt omnes card^{les} tam congr^{is} Francia quam dⁿⁱ card^{les} S^{tae} Inquisitionis videl. d. c. S. Sever., d. c. Dezza, d. c. Salviat., d. c. Lancelott., d. c. Caiet., d. c. Pinell., d. c. Asculan., d. c. Sarnan., d. c. Sfondrat., d. c. Matt. et d. c. de Aragona.

In ea fuerunt lectae litterae praedictae Navarri et ducis Nivernens. et praelatorum, qui receperant eundem Navarrum etc. et aliae scripturae seu litterae card. Placentini legati etc. et litterae ducis Montmorancii in idem argumentum de recipiendo et reconciliando Navarri.

Et deinde oportuit me repetere et dicere omnia, quae hesternae die dixi, contra admissionem huiusmodi legationis.

Et ita ab omnibus conclusum est, nullo modo illam esse recipiendam.

Quoad personam mittendam ad ducem, ut non procedat ulterius, sed sistat vel revertatur, dictum est, ut mittatur aliquis de Secretaria Ap^{ca} vel Iesuita, et a me propositus fuit r. p. Anton. Possevinus, qui ex alia causa privata ex Urbe est discessurus.

Ac etiam dictum, ut ego facerem instructionem, sed ipse me excusavi.

Deinde post solutam congr^{em} d. c. de Aragona accessit ad S^{mm} et

retulit omnia, atque etiam personam patris Possevini, et S^{tas} S. omnia probavit etc.

Postmodum die sabbati, 18. eiusd., ill. d. c. S. Georgii, privatim (quia nondum susceperat galerum) ad me venit rogans nomine S^{mi} D. N., ut ego conficerem instructionem pro r. p. Possevino, prout feci etc.

Borghese, I, 28, p. 226, 227, 234. *Archivo secreto pontificio.*

13-16. Protocolos de las sesiones de la Congregación Francesa y de la Inquisición, de 24 de octubre, 6 de noviembre y 5 de diciembre de 1593 (1)

Die dom^{co} XXIII Octob. 1593 hora XXI in Monte Quirinali fuit congr. Franciae et Inquisitionis insimul, cui interfuerunt coram S^{mo} D. N. d. c. de Aragona, d. c. S^{tae} Severinae, d. c. Dezza, d. c. Salviat., d. c. Lancel., d. c. Caiet., d. c. Pinell., d. c. Asculan., d. c. Sarnanus, d. c. Matth., d. c. Sfondrat., d. c. Aquav. et d. c. Toletus.

In ea sunt lectae litterae patris Possevini de eius congressu et colloquiis cum ill^{mo} d^{no} duce Nivernensi apud Grisones et deinde in Italiae finibus, de eius querelis etc. et quod saltem cupiebat venire nisi ut orator regis Navarrei seu Franciae, sed uti persona privata, et maior pars conclusit, postquam erat in Italia, ut admittatur ut persona privata, sed ea limitatione, ut prius de ea re praemoneatur d. c. Legatus in Francia et per eum catholici, quod non sit admittendus, sed si admittendus, non nisi ut privatus.

2.^o ut paucis diebus Romae commoretur et paucis audientiis a S^{te} Sua expediatur.

3.^o ut ante huiusmodi resolutionem ei significandam accersatur et veniat ad Urbem p. r. Possevinus, ut exponat nonnulla quae ipse scribit oretenus tantum et non alias posse exprimere.

Item de praelatis, episcopo Cenoman. et aliis dictum, qui veniunt rationem reddituri de eorum actione circa receptionem et sequelam Navarri, ut recipiantur, tanquam rei se defensuri.

Et quod statim expediretur tabellarius.

Die sabbati VI mensis Novem. 1593 hora XVII fuit congr. Franciae et Inquisitionis insimul coram S^{mo} apud S. Petrum, cui interfuerunt coram S^{te} Sua ill^{mi} et r. d. c. Aragon., S. Sever., Dezza, Salviat., Lancel., Caet., Pinell., Ascul., Sarz., Matth., Aquav. et Toletus.

In ea fuerunt lectae litterae scriptae nomine S^{tis} Suae a d. card. S. Georgii ad patrem Possevinum, quod S^{tas} Sua erat contenta, illum ut privatum principem, non autem ut oratorem asserti regis benigne recipere, et quod haec resolutio erat facta in congr^e Inquis^{is} et Franciae etc. Sed quod ipse antecederet per quatuor dies, ut et veniret in Urbem, ut S^{tas} Sua de gestis per eum informari posset etc.

(1) Cf. arriba, p. 95, 99 s.